

## §. XII

## LAPIDANDVS A TESTIBVS LAPIDABATVR

Quantum momenti in TESTIBVS, eorumque assertis positum fuerit, quantaque ualuerint apud Iudeos auctoritate, ante demonstratum est. Verum grauissima illis, qui *testimonium* de REO tulerant, iniuncta erat necessitas *initium LAPIDATIONIS faciendi*; idque non solum sacrarum litterarum auctoritate confirmatur, sed etiam a DEO sapientissime institutum est. Partim enim DEVS hoc praecepto conscientiae TESTIVM inicere uoluit, ut humanitatis suae memores, a falso sibi temperarent *testimonia*, quod si id fecerint, sibi ipsis uim inferre, et contra dictamen conscientiae, illum, quem sine culpa REVUM fecerant, suis manibus reclamante conscientia, trucidare cogerentur. Deut.XIII, 9, et cap. XVII, 7. Partim uero DEVS eo praecepto TESTES a perfidia auocare studuit, quia eo consilio LAPIDATIONI interesse debebant, ut si innocentia ACCVSATI, uel in loco supplicii manifestaretur statim TESTES PERIVRI codem suppicio affici possent. Deut. XIX cap. a uersu 17. usque ad 20. Ad hunc igitur momenrem TESTIVM, *primum lapidem in REVUM proiicientium*, uerba CHRISTI respiciunt: a) ὁ ἀναμαρτυτος ὑμων πειστος τον λαθον επ' αυτην θαλετω. Indeque apparet, Sapientes Iudeorum, recte affirmare TESTEM oporete *primum lapidem in REVUM proiicere*, sententia enim *codicis SANHEDRIN* haec est: b) בַּת הַסְּקִילָה הִיָּה גְּבוֹהָ שְׁתֵּים קֶומֶת אַחֲרֵי מִן (b) בְּתֵי הָעָרִים רַוְחֵפּוּ עַל מַתָּנוֹ נְהַפֵּר עַל לְבֵו הַופְכֵוּ אַל מַתָּנוֹ אִם מִתָּנוֹ בְּתֵי

L 2

בְּתֵי

a) IOHANNIS cap. VIII. uersu 7.

b) Capite VI. §. 4. fol. 187. col. 2. confer. MOSES MIKKOZI in HILCHOTH SANHEDRIN fol. 188. col. 2. et RABBI MOSES BEN MAIMON in eodem tractatu cap. XV. fol. 738. columnna 1.